

Actum in Castro Regio Drohiciensi, Feria Quar-
ta, ante Festum Nativitatis Sancti Joannis Bap-
tistae, proxima, Anno Domini Millesimo, Septin-
gesimo, Quadragesimo, Secundo.

Officium Capitaneale Castrense Drohiciense praesens Rescriptum Infrascriptum
ex Actis Consistorij Varaviensis authentice ut est juris emanatum ad
personalem oblationem Gnosi Adami Dzybruski postulante eodem.
Suscepit et in Acta sua ingrossari concessit de eo verborum quae
Sequitur Tenore. Anno Domini Millesimo, Septingentesimo, Secun-
do die vero Veneris Decima Quinta mensis Junij Varavia Coram
Officio Actus Praesentibus Consistorij Varaviensis ad Oratorum Monasterij
Varaviensis Religiosarum ac Seductarum Virginum Monachium
a perpetua adoratione Sanctissimi Sacramenti ordinis Sancti Be-
nedicti, de expresso Consensu Reverendissimi et Reverendissimi Do-
mini Officialis Varaviensis ac per Ducatum Masovia Generalem
Comportatis, praesens ac personaliter constituta Religiosa monia
in Saeculo, Maria Antonina vero in Religione a Sancto Michaele
Piecienska, Magnificorum Balthasaris in Morby Piecienski Dapi-
feri Terrae Drohiciensis et olim Annae de Gembickie Conjugum
legitimorum Filia, dicti Monasterij Varaviensis Religiosarum ac
Seductarum Virginum Monachium ab adoratione perpetua San-
ctissimi Sacramenti ordinis Sancti Benedicti novicia, in abs-
sentia Religiosi et Reverendi Patris Hiacinthi Kudlinski or-
dinis Praedicatorum Confessarii et Capellani dicti Monasterij agens
Principalis sana mente et corpore existens, non compulsa, non coacta
neque aliquo alio de vi errore circumventa verum palam sponte
libere verbisq; divertis ac per expressum omni meliori modo via,
forma, Jure, ac Stylo quo melius, firmitus, validius, et efficacius po-
tuit ac debuit, potestq; ac debet, recognovit, praesentibusq; recogno-
vit. Quia Ipsa cum iam ex vocatione D. D. Religiosam vitam
agere sibi in animo statuit ad eumq; finem suscepto habitu re-
gulari in Monasterio praefato Varaviensis Religiosarum Monachium
a perpetua adoratione Sanctissimi Sacramenti noviciatum ter-
minare et professionem Religionis juvante Dei gratia post
expirationem noviciatus brevi explere intendit ac ad hunc effe-
ctum summam Quindecim Millium floren poloniarum in vim
dote ac pro dote, ad supramemoratum Monasterium Religiosa-
rum Monachium resaliter iam exolutam, ac expeditionem omni
modam ad Claustrum Servientem extraditam habens D. D.

omnipotenti Creatori suo famulari omnino vult. Ideo in hinc inde Di-
 spotioni Sacri Conci. Trident. Sess. V. Vigesima Quinta Capite Se-
 cundo Sexto de Novicijs. Quod Novicijs ante Professionem explenda
 bonis se concernentibus renuntiare possint, praemissa gratiorum
 actione dicti Magni Parenti suo Charissimo pro educatione, et
 gratis sibi praestitis et pro anima Suprafati Matris sub cha-
 rissimis se Deum exorare obligando, dictam summam dota-
 lem quinddecem Millium floren. potest in vim Successionis Paternae
 et Maternae a dicto charissimo Parente exolutam, praefato
 Monasterio applicari, et de eadem Summa ac extradita expe-
 ditione memoratum Magnificum charissimum Parentem sem-
 per Idem Monasterium quietatum ac ejus Successores paciter
 quietando, et liberos faciendis, ac dimittendis, ulteriusi Successioni
 Paternae et Maternae tam in bonis Mobilibus, quam immobilibus
 penitus ac totaliter abrenuntiat. Nihil amplius tam sibi
 recognoscenti, quam praefato Monasterio suo et Successoribus illius
 Juris et praetensionis ad Successionem Paternam et Maternam ac
 quodvis bona, tam in vita charissimi Parentis sui, quam post
 sera fata Ipsius reservando. Veram omnibus iuribus quae et
 qualia sibi recognoscenti ad Successionem nominatam Pa-
 ternam et Maternam, ac quodvis bona servare poterant et
 possunt renuncians. hac sua personali recognoscione ad praemis-
 sa omnia mediante. Quam eandem Religiosa recognoscens
 una cum assistente suo ad hunc actum assumpto his in Actis
 pro firmitate manu propria subscripsit praesentibus Nobilibus
 Andrea Bochowski Sacrae Regiae Majestatis Secretarius, Joanne
 Borkowski, Paulo Arcechowski, et Ignatio Oyrzanowski Testi-
 bus ad id adhibitis et vocatis Cancellarijs, Scriptoribus et
 me Francisco Cygler Apostolico Actorum, praesentium Notario
 actuario. Siostra Marya Antonina ad Swietego Michata
 narwana na Suscie Monicha Ciecienka. Hieronymus
 Kuchinski ordinis Praedicatorum Confessorius et Capel-
 lanus Suprascripti Monasterij Religiosarum Monia-
 lium ubi assistens manu propria ex Protocollo Actorum
 Consistorij Generalis Variaviensis extractum et sub
 Sigillo Perillustri et Reverendissimi Domini Anto-
 nij Francisci in Gregorzewicze Gregorzewski utriusq;
 Juris Doctoris Ecclesiarum Cathedralis Pomoricensis et

insignis

insignis Collegiatae Sancti Joannis Baptistae Canonici Vicarij
 in spiritualibus et officialibus Variaviensis ac per Ducatum
 Masoviae Generalis extraditum Franciscus Cygler Apostolicus
 et Consistorij Variaviensis Notarius manu propria. Locus sigilli
 loci illius. Post cujusque abrenuntiationis in Acta praesentia
 in grossationem originalis extractus eidem offerenti praesentia
 Jurisdictione officij Notarij est extraditus.

Ex Actis Castren-
 sibus Brokicis de annis
 1700-1701
 orravit Swicki

Legit Wacław Dziej

x
oblata abrenuntiatio
nis in personam M.
Peciensti D. D. Perri-
enti.

1742.

Le 7

1742. 74. ante Fm' Nris S. Joannis
in Castro Droho.